


STEREOMETRIA DO-

Schema
XVIII.



lium constitutum puto ex ventre Sphæroïdis Archimedei; quam, ut veræ proximam (nondum notis aliis, quarum genesin supra docui) CLAVIVS subiecit: paratus tamen interim (verba Clavij, si quis accuratiorem invenerit, eam libenti animo & grato acceptare. Nam Sphæroidis longi, quod in medio justam & dolis aptam habeat buccositatē, flexura versus truncatos vertices nimia est, necnulla vincula in ea possent diu hætere. Sin autem sumeris medium ventrem sphæroidis valde gracilis; minues quidem hoc incommodum flexuræ nimis in extremitatibus dolij, at vici-sim ventrem dolio nullum permittis, ac si ex propto Cylindro illud construetes.

In hac figura, duo arcus HAE , FCG , circuli cuius diameter æqualis ipsi BT , describunt truncatum Cittium, cuius vertices truncati sunt HNF , EIG . In ea vero punctis notata, inter rectam FRC & arcum FSC , Fulsum denotat Hyperbolicum, cuius Hyperboles vertex C , centrum V , Asymptoti VX , VZ . quarum rectitudinem Hyperbola CF , versus F magis magisq; affectat, & hic à contingente sua FQY , secante arcum FSC in Q , difficulter distinguitur.

Quâ ratione quis Vir-
gam mensuriam falsitatis ar-
guere possit; & quomodo fides
ejus assicatur.

Igitur ut ad exordium disquisitionis huius revertar. Elenchus meus Virginei Mensoriæ primum erat hic, quod eadem eius longitudo AF dissimilibus figuris doliorum competenter, quarum tamen non essent æqua spacia.

Vt hanc rem in plano demonstrarem: visum est, pro Cylindri corpore, assumere Parallelogrammum, quo Cylinder per